Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25950
Copyright: Admont, Benediktinerstift



COR.

Non enim possum aliquid adversus veritatem sentire sed pro veritate ipsa quod facere valeo. Gaudeo enim cum infirmi sumus vos autem potentes estis.

Hoc etiam oramus vestram consummationem. Ideo haec absens vobis scribo ut praesens durius agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in aedificationem non in destructionem. De cetero fratres gaudete perfecti estote. Exhortamini idem sapite pax et charitas pacis et dilectionis erit vobiscum. Salutate invicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes.